Nam quō amat qđ neſcit? Aut ſi quiſ-
ꝙ dicit ex noticia generali vel ſpeciali
mentē credere ſe eſſe talē. qualē alias
expta ē et ideo amare ſemetipſa; inſipi
entiſſime loquit. Vñ em̄ mens aliquam
mentem nouit. ſi ſe non nouit. neq; enim
vt oculos corpis videt alios oculos.
et ſe nō videt. ita mens nouit alias men
tes. et ignorat ſe metipſam. per oculos
em̄ corporis corpora videmus. quia ra-
dios qui per eos emicant. et quicquid
cernimus tangunt. refringere vel retor
quere in ipſos non poſſumus. niſi cum
ſpecula intuemur. Qđ ſubtiliſſime ob-
ſcuriſſimeq; diſſeritur. donec apertiſſi-
me demonſtretur. vel ita ſe rem habere
vel non ita. Sed quoquo modo ſe habe
at vis qua ꝑ oculos cernimus. ipſam
certe vim ſiue ſint radij. ſiue aliud ali-
quid oculis cernere non valemus. ſed
mentem querimus. et ſi fieri poteſt. eti
am hoc mēte conꝓhēdimꝰ. Mens ergo
ipſa ſicut corpearꝫ rerū noticias ꝑ ſen
ſus corpis colligit. ſicut ī corpearū re-
rum per ſemetipſam. Ergo et ſeipſam
per ſe ipſam nouit. qm̄ eſt in corporea.
Nam ſi nō ſe nouit. non ſe amat.

Sicut autem duo quedam ſunt.
mens et amor eius. cū ſe amat.
ita quedam duo ſunt mens et
noticia eius. cum ſe nouit. Igitur ipſa
mens et amor. et noticia eius. tria que
dam ſunt. et hec tria vnum ſunt. et cū
perfecta ſunt. equalia ſunt. Si em̄ mi-
nus ſe amat ꝙ eſt vt verbi gratia. tm̄
ſe amet hominis mens. quantū amandū
eſt corpus hominis. cū plus ipſa ꝙ cor
pus. peccat. et non eſt perfectus amor
eius. Item ſi amplius ſe amat quā eſt.
velut ſi tantū ſe amet quantū amandꝰ
eſt deus. dum incōpabiliter minus ſit
ipſa quā deus. etiam ſic nimio peccat et
non perfectū habet amorem ſui. Ma-
iore autem peruerſitate et iniquitate
peccat. cum corpus tantū amat quantū
amandus eſt deus. Item noticia ſi mi-
nor eſt. ꝙ ē illud qđ noſcitur. et plene
noſci poteſt perfecta non eſt. Si autē
maior eſt. iam ſuperior ē natura que no
uit ꝙ illa que nota ē ſicut maior eſt no
ticia corporis. ꝙ ipſum corpus. qđ ea
noticia notum eſt. Illa em̄ vita quedā
in ratione cognoſcentis. corpus autem
non eſt vita. Et vita quelibet quolibet
corpore maior ē. nō mole ſed vi. Mens
vero cū ſe ipſam cognoſcit non ſe ſupat
noticia ſua. q; ipſa cognoſcit. ipſa cog-
noſcitur. Cum ergo ſe totā cognoſcit.
neq; ſecum quicquā aliud par illi ē cog
nitio ſua. quia neq; ex alia natura ē eiꝰ
cognitio. cum ſe ipſā cognoſcit. Et cū
ſe totam nichil amplius pcipit. nec mi-
nor nec maior ē. Recte igitur vt diximꝰ
hec tria perfecta ſunt. eſſe conſequenter
equalia. Simul etiā admonemur. ſi vt
cunq; videre poſſumus. hec ī anima exi
ſtere. et tanquā inuoluta euolui. vt ſen
ciantur et dinumerentur ſubſtanciali-
ter. vel vt ita dicā eſſencialiter. nō tan
quam in ſubiecto. vt color aut figura in
corpe. aut vlla alia qualitas. aut quan
titas. Quicquid em̄ tale ē. non excedit
ſubiectum ī quo ē. Nō em̄ color iſte aut
figura huius corporis poteſt eſſe et al-
terius corporis. Mens autē amore quo
ſe amat poteſt amare et aliud preter ſe
Item non ſe ſolam cognoſcit mens. ſed
et alia multa. Quobrē nō amor. et cog
nitio tanquā in ſubiecto inſunt menti. ſ;
ſubſtancialiter etiā iſta ſunt. ſicut ipa
mens. quia et ſi relatiue dicuntur adin
uicem. in ſua tamen ſunt ſingula queq;
ſubſtantia. Non ſicut color et coloratū
relatiue ita dicuntur adinuicem. vt co-
lor in ſubiecto colorato ſit. non habēs
in ſeipſo propriam ſubſtantiam. qm̄ co
loratum corpus ſubſtantia ē. ille autem
in ſubſtantia. ſed ſicut duo amici etiā
duo ſunt homines. que ſunt ſubſtantie.
cū homines non relatiue dicantur. ami
ci autē relatiue. Sed item quāuis ſub-
ſtantia ſit amans vel ſciens. ſubſtantia
ſit ſciencia. ſubſtātia ſit amor. ſ; amās
et amor. aut ſciens et ſciens et ſciētia.